Illustri Spectatissimoque D° D° Constantino Hugens p

Ioh. Smith S. D. Pl.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Triennium ferè est cum Ioannes Benthemius, oppidi nostri Senator, Tetrarchiæque graphiarius, Christianum Benthem Fratrem suum Celsissimo Principi commendaturus, aliquod etiam causæ suæ momentum in meis ad Te litteris poneret. Quod tum non successit, in alio ordine, sed eâdem nunc viâ retentat. Academiâ relictâ biennium amplius sub Tribuno militantem juvenem frugi, Triumvirali, centuriæque constituendæ vel regendæ Collegio adscribi optat, atque alicui istorum substitui, qui eodem se abdicare quam Batavicum coelum Brasiliano commutare malint. Oppido mihi gratum erit, si uterque Fratrum sentiat neque favorem meum ipsis apud te, neque tuum ipsorum causæ defuisse.

Alter Christianus, de Ottero Mathematico loquor, qui litteras tibi nuper a me attulit, quum Batavis nostris destinabam, a suo Principe, Illustrissimo D° Electore, mille nummis imperialib. annuis auctoratus Regiomontium abit, ut quæ multa privatus invenit, publico paret. Vale optimè, Vir Illustrissime, publico Patriæ bono et nos, quod facis, ama. Scrib. Properanter, Noviomagi $\frac{12}{22}$ Augusti. A° ✱. CIↃ IↃ CXLVII.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 28
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4650

A Monsieur

Monsieur Hugens
Seigneur de Suylichem, Chevalier,
Conseiller et Secretaire de
son Altesse Monseigneur le
Prince d'Orange,

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 28
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4650